

### De Armenis et eorum erroribus.

Rmeni sunt qui in armenia prouincia prope Antiochiam inter medios fnes christianorum et sarracenorum seorsum habitant. Hi ritus quosdā habent et obseruationes singulares a nobis multum differentes. Nam primum habent primatem quem catholicum appellant cui obediunt summo cum honore et reverentia. iussibus eius a maximo usq; ad minimū relut alteri pape obtempentes. Implacabiles sunt inter eos et grecos discordie. ac dissensiones inexorabiles. adeo q; super ritibus suis et institutis atq; ceremoniis semper corrifiantur. Ipi Armeni temporalem domini nostri nativitatem nō celebrant immo diebus natalis domini ipsi ieiunant. In die vero epiphanie siue apparitionis domini. simul cum solennitate apparitionis festum celebrant de baptismo christi. in quo se festus spiritualis eius nativitatis asservunt celebrare. Sed errant quia dominus ipse Jesus nō fuit in se spiritualiter renatus. quippe qui nō indiguit cum peccatum nec cōmiserit nec cōtraxerit. nec dolus inuenitus fuerit in ore eius. sed vim regeneratiā tunc contulit aquis in quibus nos purgaremur et c. Ipi quoq; armeni eo tempore quo et nos quadragesimā tanto obseruat studio q; nō solum a carnis caseis ouis et lacte abstinent. sed et pisces nō manducant. oleo nō vnuunt in cibariis. vinum nō bibunt. verum fructus et ligumina quotiens libuerit edunt. Ut autem manifestius emulis suis grecis et surianis contrariantur in certis sextis ferijs comedunt carnes. Sacerdotes preterea eorum in missis aquam vino non apponunt sicut nec greci in quo grauiter errant. quia vt etiam supra dictū est. Ideo aqua est vino miscenda vt tam christo q; sanguini nostrae redemptionis populus per aquam designatus sociandus esse designetur. Nam si vinum tantum quis offerat. sanguis christi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sola sit. plebs incipit esse sine christo. nec predicta dicta cōiunctio signatur. igitur nō debet in calice domini offerre aut aqua sola aut vīnū solū. q; ritūq; legimus de latere christi in passione. pfluxisse. Leterū ipi armeni in misse officio multum nobiscū cōcordant. hoc priori dēmpto. calices et patenas in nostris formis habentes. et facta cōsecratione hostiā sup patenā positam eleuant. deinde calice more nostro. Hi deniq; armeni quanq; olim summo pontifici et sancte rhomane ecclesie obedientiā fecerint. quādo scz rex eorum a rhomano imperatore Henrico feudū. et ab archiepiscopo p tempore maguntino. coronā regiam et cōsecrationē accepit. Ut teres in ritus suos et solitas cōsuetudines mutare noluerūt. q; obrem sicut tunc eorum obedientia erat imperfecta. ita nunc ad nihil penitus est redacta. Postremo isti Armeni in copioso satis sunt numero Hierosolymis habentes cōmunitē ibidē episcopū vnum. qui vt moris est cis vītati. duos in capite cirros nutrit ad tempora usq; pendent. Idem q; episcopus et omnis cleris siuis. coronas portant latas et rotundas. alias nec crines nec barbas vlo modo radi sinūt. Inter reliquias. pfecto nationes armenorū presbyteri in oībus se morib; et monib; maturius gerunt. vili et simplici habitu incertentes. in orōmbus et officiis suis deuoti. latinorū sacramentis debitā exhibentes reverentiā et deuotionē. Hi p suo vīsu ecclesiā habent solennē sancti Jacobi maioris in eo loco cōstructam. vbi ipse ab herode fuit decollatus. Habent q; ecclesiā sancti salvatoris. vbi tempore sue passionis domus erat Layphe. in qua xp̄s fuit relatus. cōsputus. colaphis alapisq; celsus. a beato Petro negatus. et multis alīs iniurijs atq; obprobrijs lacessitus. In eadē ecclēsia est lapis ille magnus qui ad ostiū dñici sepulchri adiuluit ab angelo fuit reuolutus qui sup eum apparuit sedēs. Ibi etiā ostenditur locus vbigalus stans post Petri negationē cantauit. Armenorū laici oēs tonsi sunt capitib; in modum crucis. Et id ea rōnent fertur. Cum siquidē anno dñi septingentesimo. xliiiij. Tiri armeniā infestarēt bello. et seuā insup peste admodū pmerentur. suasu quorundā xp̄ianorum capita sua in crucis modū totundere. statimq; eis salus diuinitus data est vt dicunt. qua ppter ad ppetuā eius rei memoriam illā tondendi modū obseruat. Habent q; armeni. pp̄vū ideoma et pprias litteras quib; tā laici q; clerci in p̄muni sermone et in diuinis ciuiā officiis vtuntur. Est aut̄ hec eoz littera q; hic infra annotat.

### De Georgianis et eorum moribus et ritibus.

A orientis regione alius quidam populus inhabitat longo terrarum tractu  
 a terra pmissionis distans. cuius dominium extenditur usque ad caspios mon-  
 tes. bellicosus valde et in preliis strenuus. fortis robore et innumera pugna-  
 torum multitudine copias abundans sarracenis persis. medis. assyriisque. in quorum  
 confini cōmoratur formidabilis valde. Et licet iste populus vndeque infidelibus sit cir-  
 cumseptus atque cōclusus. ab omnibus tamē timetur nec facile vexatur. Hi homines a  
 sancto Georgio: georgiani vocantur. quem in suis preliis cōtra paganos precipuum ha-  
 bentes aduocatum et patronum. tanque signiferum omni cum honore venerantur et colunt.  
 De ipsis multi morantur Hierosolymis. diuersa loca sancta occupantes. specialiter tamen  
 monte caluarie et forame illud in quo crux stetit quādo christus in ea expirauit. Juxta  
 quem locum altare quoddā habent et in eo cōmuniter vnum de suis pro custodia inclu-  
 sum. Ipi etiam in vnu habent ecclesiā sanctorū angelorum ubi quondam domus Anne  
 pontificis fuit. in quā christus de monte olueti primū adductus. ab eodem anno exas-  
 minatus fuit de doctrina sua et discipulis. et inter respondendū a ministro alapa cefus.  
 Hi Georgiani in omnibus et per omnia ritus et errores grecorum sequuntur in sacra-  
 mentis et alijs. vnde scismatici haud dubiū esse cōvincunt sicut et illi. Clerici eorū ro-  
 tundas habent coronas: laici vero quadratas. Quotiensque veniunt de terris suis Hiero-  
 solymā. loca visitaturi sancta. absq; tributo et erekis vexillis: sanctā ingrediuntur ciuitatem.  
 Nam sarraceni nullo eos pacto molestare presumunt. timentes ne ad propria reuer-  
 si suis cōfratribus sarracenis vicem rependant. vel maioribus eos affiant malis. Ho-  
 biles eorum mulieres: more amazonū armis in preliis vtuntur. Ipi viri barbas nutri-  
 unt et pilos. vtunturque pileis in capitibus variorum colorū. Greca quoque littera et lin-  
 gua in diuinis vtuntur officijs et scripturis. sed alias sarracenica vel caldaica. Et he o-  
 mnes superius habent signatae.



De Abbasinis sive Indianis et eorum ceremonijs.  
 Hierosolymis que hinc ipibus habitat viri non pauci. qui Abbasini. alio vero  
 noꝝ indiani ab india. priuicia vocantur. de dñio et sub dñione potentissimi re-  
 gis. quem presbyterū Johannem appellant. qui quidem maximus atque sere-  
 nissimus rex cum omni populo suo se christianū proficitur. Hi per beatum Thomam  
 apostolū ad christi fidem ab initio leguntur cōuersi. Ipe que modernus rex. currēte dñice  
 incarnationis Anno D.cccc.lxxxii. per ambasiatam suam rhomano pontifici. Sicut  
 quarto obedientia fecit: et nostris moribus atque statutis humiliiter petiū informari.